



261
 priori gloria indigna pati. Ipse autem repente ex equo desilens
 equo cuius ad filium properat: eumque complexus & gratulans: recte
 inquit fili & senex & agis: nec latuit te quibus imperares: & quan
 tam imperii molem suscepisses: sic & nos & maiores nostri roma
 nam civitatem exauximus: patrie gloriam semp parentibus
 ac liberis praeserentes: et re quidem vera fertur: fabii proavis
 maxima apud romanos gloria atque potentia fuisse: quingens
 enim consulem esse creatum: triumphosque clarissimos ex infesti
 mis hostibus reportasse: Ac filio consulatum gerenti legati esse
 ad bellum administrandum: & in triumpho cum filio triuiglo
 curru esset inuectus hunc equo insidentem gratulandum
 cum alia turba turba consecuti esse: quod cum filii quidem pa
 terno iure haberet: subditum alioque uo civium maximus & esset
 & diceretur: legibus se & consule demissorem gereret. Verum il
 le uir non is solum admirabilis fuit. Nam cum filium amisisset
 ut uir sapiens et humanus parens: casum suum equissime tulit
 Laudationem uo: quod munus in funeribus propinqui obeunt.
 ipse in foro constitutus dixit: quam postea in scriptis dedit. Sed
 postea qua cornelius scipio uniberiam missus carthaginenses multis
 proeliis superatos & prouincia eiecit: gentibus autem per multis ac
 maximis ciuitatibus ad imperium romanum adiunctis praecla
 rissimis rebus gestis ciuitatem ornauit: beniuolentiam et gloria
 quantam nemo unquam alter assecutus est. Consul deinde factus:
 cum prospiceret populum sese ad annibalem oppugnandum
 expetere: atque efflagitare: ibi cum annibale manus conserere: pri
 scum numium & uetustum ducens: excoitauit nauibus cartha
 ginem petere: & libiam regionemque armis & exercitibus populari
 ad id populum pro uirili sua excitare atque impellere nitebatur.
 Hic fabius omni ratione metum incutens ciuitati quae ab impe
 rito adulescenti et in prouido in maximum periculum & ultimam
 discrimen uocaretur: senatu ne fieret persuasit: populo autem
 uisus est: obinuidiam scipionis glorie obtrectare: ueritas ne si ille